

De Subalternatione.

253

22. Denique alius quoque hîc notetur error, eorum scil. qui infinitas Enunciationes compositas esse docent, non explicitè quidem, sed implicitè & virtualiter, ita ut resolvendæ sint in affirmantem & negantem, e. g. hæc: *homo est non lapis*, virtualiter continere dicitur hæc duas: *lapis est aliquid & lapis non est homo*. Verùm male sic docetur, cum enim dico v. g. *Ens rationis est non homo*, vi hujus sententiæ talis instituenda erit explicatio. *Ens rationis est aliquid, sed non est homo*. Quis autem non videt, priorem enunciationem, quæ ens rationis aliquid esse dicit, esse falsissimam, cum ens rationis nec sit, nec esse possit.

CAP. VII.

DE

SUBALTERNATIONE.

I.

HAdenus actum fuit de enunciationis simplicis prædicatis absolutis, quæ scil. ipsi competunt sine respectu ad aliam enunciationem. Sequuntur jam alia prædicata ejusdem, nempe *respectiva*, quæ ipsi non nisi in ordine ad aliam enunciationem consideratæ conveniunt